TOMMASO KAEPPELI O. P., *Fragment d'Ordinationes d'un maître général dominicain (c. 1355-65)*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), 24, (1954), pp. 287-291.

Url: https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale HeyJoe - *History, Religion and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the HeyJoe portal - *History, Religion, and Philosophy Journals Online Access*. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.

Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito HeyJoe, compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza Creative Commons Attribuzione-Non commerciale-Non opere derivate 4.0 Internazionale. Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell'opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

Copyright notice

All materials on the HeyJoe website, including the present PDF file, are made available under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivatives 4.0 International License. You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.

FRAGMENT D'*ORDINATIONES* D'UN MAÎTRE GÉNÉRAL DOMINICAIN (c. 1355-65)

PAR

THOMAS KAEPPELI O. P.

Un feuillet de parchemin, détaché de la reliure du ms. Abt. 701 Nr. 235 des Archives d'État de Coblence, actuellement coté Abt. 111 Nr. 142, contient un fragment d'« ordinationes » concernant l'observance religieuse, émanées par un maître général des frères Prêcheurs. Par suite de coupures en haut, en bas et à la marge droite du feuillet, le texte est fort mutilé. Malgré cet état fragmentaire, il garde un certain intérêt pour l'histoire de la discipline régulière et surtout de l'habit dominicain, à condition toujours qu'on puisse lui assigner une date aussi précise que possible.

Un renvoi aux actes du chapitre général de Bruges [1], célébré en 1336, donne le terminus post quem du document, dont la graphie indique qu'il faut chercher l'auteur parmi les maîtres généraux du XIV[e] siècle. La quatrième « ordinatio », concernant l'observance du réfectoire commun, se place chronologiquement entre les prescriptions des chapitres généraux de 1353-55 qui défendent à tous les frères sains d'y manquer plus de deux ou trois fois par semaine, et une « ordinatio » de celui de 1370 qui les oblige à être présents deux fois ou au moins une fois par semaine. Grâce à la neuvième « ordinatio » on peut probablement assigner à notre document un terminus ante quem: quand, en parlant des peines dûes aux visites illicites et abusives des monastères de sœurs, le chapitre général de 1365 renvoie aux « ordinationes » respectives du maître général, il est vraisemblable qu'il a en vue cette neuvième « ordinatio ». On peut donc conclure avec une probabilité suffisamment fondée que les « ordinationes » du parchemin de Coblence on été émanées entre les années 1355 et 1365 et, par conséquent, qu'elles sont dûes à l'initiative de Simon de Langres (1352-66).

---

[1] Ordinatio VII.

Ce maître général surveillait attentivement un autre point de l'observance dominicaine auquel se réfère également une « ordinatio » de notre document: la réforme des abus qui s'étaient introduits par rapport à la qualité et à la forme de l'habit religieux. Des actes du chapitre de 1363 il résulte que maître Simon donna des normes précises aux définiteurs à ce sujet. En poursuivant cette même réforme, la onzième « ordinatio » éditée ci-après dénonce un changement de l'habit qui, ayant commencé par abus, est devenu plus tard usage commun: la séparation du capuce de la chape et du scapulaire. Par le fait d'avoir ainsi explicitement décrit cet abus, le document de Coblence acquiert un intérêt tout particulier pour l'histoire de l'habit dominicain, car il prouve que les débuts de ce changement remontent beaucoup plus haut qu'on ne le croyait, à savoir au XIVe siècle.

... Ordini notabiliter serviunt, in distribucione officiorum fiat gracia pre ceteris qui hoc facere ... secundum quod discrecioni presidencium visum fuerit expedire.

Secundo quantum ad sacristiam, volo ... de missis privatis celebrandis instrui, neminem sine scapulari aut camisia decenter vestibus sacris indui. Risus et confabulaciones in sacristia, choro et ecclesia toto tempore ante prandium ... ad communionem accedere, nisi eum quem offendit, prius studuerit placare.

Tercio quantum ad dormitorium, volo fratres omnes sanos, magistris in theologia et inquisitoribus exceptis [2], ab... claudi, velamina cellarum deponi post Completorium, sub pena privationis vocis nullatenus ante cellas fratres congregari, lectos et lintheamina ac cetera indecencia singulis mensibus d... nequaquam adunari; et si que absque consensu conventus et ... provincialis sunt adunate, in statum pristinum infra mensem a noticia presencium reduci; nec cellam quamcumque per fratrem absentem ... presidentis indigenti concedi; et si aliter factum fuerit, totum sit irritum et inane.

Quarto quantum ad refectorium, nolo fratrem quemcumque a comestione in refectorio continue se subtrahere ... sequentibus ad minus bis in septimana et lectores semel ibidem comedere [3] semperque priorem vel suppriorem, vel ipsis rationabiliter excusatis, maturum vicarium ibidem existere fratresque indebita recollectione ... deficiat, ea que fratres hiis diebus

[2] Cfr. MOPH (Monumenta Ord. FF. Praed. Hist.) IV, 386 (1359).

[3] 1353: « Unde prioribus provincialibus et eorum vicariis in primis districtius precipimus... quod omnes fratres frequentent refectorium ad unguem, ita quod nullus amplius quam bis vel ter in septimana ad plus a refectorio se absentet ». MOPH IV, 348; cfr. 358 (1354), 365 (1355). — 1370: « Item. Ordinamus quod omnes fratres validi, cuiuscumque gradus aut condicionis existant, in conventu existentes, bis comedant aut ad minus semel in refectorio in qualibet septimana ». MOPH IV, 415.

extra refectorium expenderent, pro communi contribuant, ut sic communitas honestius observetur.

Quinto quantum ad infirmitorium et hospicium, nolo fratres ... nec cenas aut sessiones prolixas post Completorium quovis modo permitti, nisi in quantum propter hospites solempnes eadem venientes vel propter alias causas emergentes necessarium ... carnium in victu nec carnes in hospicio vel pulmenta carneata in refectorio ullatenus comedi. Volo insuper ieiunia sexte ferie et adventus strictissime observari ... caveri et ad hec observanda per presidentes diligentiam debitam adhiberi.

Sexto quantum ad capitulum, volo capitulum de culpis singulis ebdomadis demptis tribus festis Nativitatis, Pasche [et Pentecostes] ... presidentem ad ieiunium unius diei in pane et aqua obligari, fratres omnes sanos, exceptis tantummodo magistris in theologia ibidem congregari, singulos de defectibus contra has et alias ... demptis eis qui doctores fuerint disciplinari penis pro fractione silentii et specialiter in ambitu infligi. Volo etiam in capitulo vel in mensa ordinaciones istas cum actis capituli generalis ... ignorancia valeant se excusare.

Septimo quantum ad studium, volo pueros et novicios diligenter instrui et eis de magistro in moribus et scientia sufficiente cui gratie mult... ad civitatem vel terminos nullatenus eos impediri. Volo insuper iuxta ordinacionem capituli generalis Brugensis [4], si possibile sit, de conventibus ad instruendum pueros in grammatica, in artibus ... provideri et per parentes puerorum aut conventus nativos huiusmodi conventibus contribui. Nolo eciam deinceps studia theologie tantum, sicut hucusque, multiplicari [5], sed solum in solempnioribus ... et cum sufficientibus lectoribus studia talia assignari. Studentes quoque in studio diligentes quantum possibile est foveri, ociosos vero et inutiles omnibus privilegiis et gratiis ... studiorum causa tam Parisius quam alibi tempore studii absque magna necessitate nullo modo separari, et studiosis a suis conventibus de libris vestibus et pecuniis in quantum facultas ... nescientes nec discere volentes, sed ocio vacantes voce priventur et aliis penis gravioribus secundum discrecionem presidencium puniantur.

Octavo quantum ad [disciplinam regularem], nolo ... [magistris] in theologia et inquisitoribus ac notabiliter emeritis patribus licentiam generalem eundi ad civitatem vel comedendi extra refectorium dari. Nolo eciam fratres iuvenes aut suspectos ... combinari aut absque causa utili et honesta, et maxime ante prandium, vel tempore histiludiorum aut torneamentorum vel eciam diebus dominicis et festivis fratres quoscumque licen... permitti; fratres quoque hospites extra suos conventus absque necessitate vagari et in conventibus ad quos declinant sicut ceteros sub debita disciplina regulari

---

4 MOPH IV, 237 (1336).

5 Cfr. MOPH IV, 245 (1337), 253 (1339); VIII, 119 (1405).

frequentacionem ... et suspectarum tam in conventu quam extra sub pena gravioris culpe et emissionis de conventu prorsus interdici; introductiones quoque mulierum ad conventus, nisi sint spectabiles persone ... cameras aut loca regularia penitus prohiberi.

Nono quantum ad monasteria sororum, volo omnem accessum nimis frequentem et excessivum esse sub gravi pena prohibitum ... Constitucionum per preceptum et sub pena culpe gravioris aut privationis generalis esse interdictum, magistris in theologia tantum exceptis, et eis qui litteram meam habuerint ... secundum tamen formam quam sibi litteratorie tradidi modificandam [6]. Volo insuper quod fratres sorores infames et que ordinem confuderunt nullatenus frequentent, nec lites ... sed pacem et religionem inter ipsas servare studeant cum effectu.

Decimo quoad ... officiatos et procuratores, onero ipsorum conscientiam sub pena maledictionis eterne ... de omnibus quoque receptis et expensis formalem et particularem et veracem computum faciant. Fratres quoque precarias vel redditus de pecuniis sibi vel ordini intra ordinem cond... cum conventibus condividant, bona quoque sua intra clausuram conventus reponant, debita etiam activa vel passiva notabiliter magna aut commercia cum secularibus, nisi in quantum pro con... ipsis omnibus priventur et careant. De omnibus hiis rationem priori provinciali vel conventuali cum requisiti fuerint annuatim reddant. Volo insuper et ordino quod in quolibet conventu inventaria ... distinctibiliter duplicentur, quorum unum teneatur in communi deposito conventus et aliud per fratrem qui exercet officium rerum in inventariis contentarum. Insuper volo et ordino quod null... nec etiam quevis mobilia notabilis precii aut valoris ad communitates conventuum pertinencia vendantur seu distrahantur aut quomodolibet alienentur, nisi de consensu tocius conventus vel maioris ... prehabita et obtenta. Quod si secus actum fuerit, tenore presencium totum huiusmodi volo esse irritum et inane.

Undecimo inpono provincialibus et presidentibus universis ut fratres omnes ad ... reducant, curiositatem omnem vel irreligiositatem in vestibus [7], cingulis, calceis ac clavaturis deponere studeant, tunicas ab ante fissas

---

[6] 1365: « Item. Districtissime mandamus fratribus omnibus, [quod] non intrent monasteria sororum nostrarum, nisi in casibus positis in constitucionibus sororum earumdem; contrarium facientes et hoc fecisse convictos legitime volumus esse subiectos pene, quam rev. pater magister ordinis in suis ordinacionibus huiusmodi transgressoribus imposuit, a qua infra mensem per nullum absolvi possint, nisi per reverendum patrem vel priorem provincialem. Et ut premissa firmius observentur, revocat dictus pater ... [licencias] quibuscumque fratribus, cuiuscumque condicionis vel status existant, sub quacumque forma verborum vel litterarum datas vel concessas, reservat eciam sibi solus dictus pater generalis absolucionem ». MOPH IV, 408. Cfr. MOPH IV, 384 (1359), 395 (1362).

[7] 1363: « In primis ... mandamus fratribus universis nostri ordinis, cuiuscumque gradus aut status existant, quatenus habitum studeant reformare, structuram tuni-

et manicas taliter latas quod ad ... habeant. Omnem quoque discontinuacionem capuciorum a cappis vel scapularibus[8], omnem etiam usum detestabilem camisiorum et secularium vestium sub vel supra, occulte vel publice pro posse ...

---

carum, scapulariorum, latitudinem capuciorum, capparum preciositatem et omnem indebitam curiositatem amoveant et corrigant [secundum] formam quam rev. pater magister ordinis tradidit diffinitoribus, ostendendam in suis capitulis provincialibus ». MOPH IV, 398.

[8] Les allusions en termes exprès à cette tentative de changer l'habit dominicain sont très rares. — 1431: « Fratres nostri capucia consuant, et honeste vestitus deferant, ut est in constitucionibus adnotatum ». MOPH VIII, 219. — 1473: « Item, quod nullus fratrum sine licentia deferat caputium a scapulari vel cappa dissutum ultra unum diem, sub pena bibendi aquam in uno prandio ». A. De Meyer, La Congrégation de Hollande, Liège 1946, 62. — 1476: « Et sint caputia, tam capparum quam scapularium, illis respective assuta ». Op. cit. 76.